

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Elemosina f
cum fontibus proximo et primo

Sed contra est quod Augustinus dicit,
in libro *de Verb. Dom.*:

De iustis laboribus facite eleemosynas.

*Non enim corrupturi estis iudicem Christum,
ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis.*

De iustis laboribus facite elemosinas.

Non enim corrupturi estis iudicem Christum
ut non uos audiat cum pauperibus quibus tollitis.

Nolite uelle elemosinas facere de fenore et usuris.
Fidelibus dico quibus corpus Christi erogamus.

Augustinus de uerbis Domini.

*Nolite uelle eleemosynas facere de faenore et usuris.
Fidelibus dico, quibus corpus Christi erogamus.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*,
32.7 (P. Caramello ed., p.175).

De iustis laboribus facite eleemosynas:
ex eo quod recte habetis date.

Non enim corrupturi estis iudicem Christum,
ut non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis.

Si enim depraedareris aliquem invalidum,
tu validior et potentior,
et veniret tecum ad iudicem hominem quemlibet in hac terra,
habentem iudicandi aliquam potestatem,
velletque tecum causam dicere,
si tu de praeda et spoliatione illa inopis dares aliquid iudici,
ut pro te iudicaret, iudex ille vel tibi placeret?
Nempe pro te iudicavit,
et tamen tanta vis est iustitiae, ut et tibi displiceat.
Noli tibi talem pingere Deum,
noli collocare in templo cordis tui tale idolum.
Non est talis Deus tuus, qualis non debes esse nec tu.
Si tu non sic iudices, sed iuste iudices;
etiam sic melior est te Deus tuus: non est inferior;
iustitior est, fons iustitiae est.

Quidquid boni fecisti, inde sumpsisti;
et quidquid boni eructuasti, inde bibisti.

Laudas vas, quia habet inde aliquid, et vituperas fontem?

Nolite uelle eleemosynas facere de fenore et usuris.
Fidelibus dico, eis quibus Christi Corpus erogamus dico.

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 113.2 (PL 38, col.649).